



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmæ Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De dilectione inimicorum. Et de octo quæ ad hunc amorem hominem
inducant. Cap. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

Tri. Ro. 8. Quicumque Spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Et in eodem. Si autem filij Dei, & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Debet etiam boni se amplius amare: quia sunt in aliena patria. Solent enim se amare, qui sunt eiusdem patriae, quando sunt extra patriam suam, ac si essent fratres. Ad idem etiam facit quod mali habent eos exosos: unde si ipsi non amet se adinvicem, absque amicis erunt. Io. 17. Ego dedi eis sermonem meum, & mundus eos odio habuit, quia de mundo non sunt. Et Io. 15. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, ideo odit vos mundus.

De dilectione inimicorum. Et de octo quae ad hunc amorem hominem inducunt.

CAP. XIII.

Nimicorum dilectio quae Dominus precepit Matt. 5. Diligite, inquit, inimicos vestros: pertinet ad dilectionem cordis. Deinde subdit de dilectione operis & sermonis: Benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persecutoribus, & calumniatoribus vos. Graecus, Ille preces suas multum valere facit, quae eas pro inimicis effundit. Et notandum quod in mandatis Dei nihil est mirabilius, quam quod praecipitur diligere inimicos, ut ait Augustinus. Ideo licet multa sint dicta pertinentia ad dilectionem inimicorum, in tractatu de ira: tamen hic aliqua ratione pertinet ad idem. Insuper invidiosus enim impossibile videtur, quod ipsi amet inimicos suos, si tamen haberet aliquantulum sapientiae, possibile eis appareret. Sapientia enim non vincit malitiam. Sap. 7. Et notandum quod octo sunt, quae si attendantur, satis patebit non esse ita difficile diligere inimicum ut multi credunt. Apparebit etiam quod hoc non sit potius dedecus, sed honor potius. Primum est statim inimicum qui tibi iniuriatus est, & non vult satisfacere. Est enim spiritualiter mortuus. Ipse enim quasi insanus manens in se iniecit, quando tibi iniuriam intulit. Sa. 16. Homo per malitiam occidit animam suam. Noli insanire in fratrem tuum mortuum, sed potius ei copatere. Crudeles videtur fuisse qui Christo mortuo non pepercerunt, quam qui eum vulneraverunt. Unde laicea dicitur dira, quum clavi dicantur dures. Quis adeo caecus est qui non intelligat dedecus non esse si quis de mortuo non vult se vindicare? Secundum est, utilitas iniuriae illarum. Persecutores enim nostri, iuxta verbum Psalmi, circumdant nos sicut apes. Ad modum enim apum nos pungunt tribulationibus, sed in futuro fauam nobis aeternae beatitudinis preparant: ut patet illud Psalmi. Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speravi. Eccl. 1. vsq; in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis. Tertium est quod dilectio inimicorum nobis est utilior quam amicorum. Ipsa valet ad spiritualium

spiritualiū vulnerū sanationē. Aug. Ego ad inimicorū dilectiōne vos cōmoneo: quia ad sananda peccatorū vulnera nullū medicamentū vtilius esse cognosco. Ipsa etiā multū facit ad perfectionē & cumulū bonitatis. Vnde Matth. 5. post illud, Diligite inimicos vestros, subditur: Estote perfecti sicut & pater vester cælestis, perfectus est. Aug. in Enchir. Magnificentissimæ bonitatis est vt tuū quoque inimicū diligas, & ei qui tibi malū vult & si potest, facit: tu semper bonū velis atque facias, quū possis. Ipsa etiā magnam mercedē meretur. Luc. 6. Si diligitis eos qui vos diligūt, quæ vobis gratia? Veruntamē diligite inimicos vestros, &c. & erit merces vestra magna. ¶ Quartū est, quod dilectio gratior est. Aug. Qui dilexerit inimicos, hic erit Dei amicus: non solū amicus, sed & filius, sumptū est de Matt. 5. & Luc. 6. post illud: Diligite inimicos vestros, sequitur: Et eritis filij Abrahæ. Itē Aug. Quāta gratia per nos serui digni nō sumus, & inimicorū dilectione Dei filij efficiamur. Chryl. super Matt. Nil aliud quod sic Dei similem faciat, vt malignis atque lædentibus placabilem. ¶ Quintū est quod diabolo hæc dilectio est modicior. Magis enim elōgat ab ei⁹ similitudine qui odio obsequio hominē persequitur. Greg. Sultū est seruire diabolo offensus: nullo placatur obsequio. ¶ Sextū est, quod dilectio id quod odidendum est inimico, magis destruit, quā aliquid aliud. Ignis enim est ignis inimicitiam inimico ad nihilās. Ro. 12. Si eliderit inimicus tuus, ciba illū, &c. sic enim carbonēs cōgerēs facit caput eius. Ipsa etiā gladius est, inimicū interficiēs, dū de inimico amicū facit. Chryl. Sustine ad tēpus inimicū tuū, & ipse faciet. Postmodū autē victū benevolentia tua amabis eū quoque amicū tuum. Idem: Omnis inimicitia beneficiorum assidue compescitur. Greg. Miles Dei aduersitatis bello deprehensus: scūtū patiētis debet anteferre ne pereat, & ad præliādū pietatis amoris inferre iacula, vt vincat. Cuius armaturæ summam illiulus breuiter insinuat, dicens: Caritas patiens est, benigna est. Cum verō vnū ex viroque defuerit, caritas non est: si videlicet malos absque benignitate tolerans, nō amat: aut rursus si patientia exhibens, negligit, tolerat quos amat. ¶ Septimū est, quod non potes ex proposito nocere proximo tuo, quin tu noceras. Aug. Quod malitia tua alteri non noceat, fieri potest: quod autem tibi non noceat, fieri non potest. Nō est dedecus alteri non vult inquinare manus suas se vindicando, vel si non inquinare os suum conuictum pro conuictio reddendo, immoderatus est & signū nobilitatis animi. Prouerb. 20. Honor est

mini qui separat se à cōtentionibus. ¶ Octauū est, q̄ ille qui tibi iniuriatur, magis iniuriatur Deo, quā tibi, qui hoc ei prohibuit, qui maius ius habet in te, quā tu ipse. Si ergo Deus differt vindicare iniuriā, & nō est ei dedecus, nō erit tibi dedecus, imō honor, si exēplo Domini vis nō vindicare te in præsenti. Eccl. 23. Gloria magna est sequi Dominum: longitudo enim dierum assumetur ab eo.

De vera amicitia, & quæ sunt attendenda in eligendo aliquem in amicum, & de pertinentibus ad veram amicitiam. CAP. XV.

¶ Sequitur de vera amicitia. Amicitiam sic describit Tullius in Rhetoric. Amicitia est erga aliquem voluntas bonarū rerū illius ipsius causa quem diligit, cum pari eius voluntate. Idē in libro de Amicitia: Amicitia nihil aliud est, nisi omnium diuinarū humanarūque rerū cum benevolentia & charitate consensus. Hæc amicitia multum appetenda est. Eccl. 25. Beatus qui inuenit amicum verum. Tullius in libro de Amicitia: Omnibus rebus humanis anteponēda est amicitia. Nihil enim tam naturæ aptū, tamq̄ conueniens ad res secundas vel aduersas. Idem in eodem: In hoc præstat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate beneuolētia tolli potest, ex amicitia non potest. Sublata enim beneuolētia, nomē amicitie tollitur, propinquitatis manet. Prouer. 18. Vir amicabilem ad societatem magis amicus erit, quā frater. Itē Tullius: Quid dulcius erit, quā quod habeas cum quo audeas loqui vt tecum? Quis enim esset tātus fructus in prosperis rebus, nisi haberes qui illis æquē vt tu ipse gaudeat? Aduersa verē difficile esset ferre sine eo, qui etiam illas grauis quā tu ferret. Ab illis inter quos est vera amicitia, perfectē impletur illud mādatum, Diliges proximum tuū sicut te ipsum. Verus enim amicus habet amicum suum tanquam alterum se. Tullius: Verum amicum qui intuetur: tāquam exēplar aliquod intuetur sui: quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilles valent, & quod dictū difficilium est, mortui viuūt. Amicitia in periculis subuenit. Prouer. 25. Gratia & amicitia liberat. ¶ Et notandū q̄ in eligēdo aliquē in amicum, quatuor sunt attendenda. Primum est, discretio eius. Amicitia enim stultorum solē esse nociua. Prou. 14. Amicus stultorum similis efficietur. Secundum est, bonitas. Tullius in libro de Amicitia: hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. Tertium, vt ille non sit iracūndus. Prou. 22. Noli esse amicus homini iracūdo. Homo iracūndus est velut lignum ignitū quod exurit tāgentē se, & est velut lignum spinosum, quod pungit amplectentem se.

sc.